Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



et nisi a te fuero adiutus et intimus informatus totus efficior tepidus et dissolutus. Tu autem dne es idem es et permanes in tempus es bonus iustus et sanus bene iuste et sancte omnia agens et disponens in sapientia. Sed ego qui ad defectum magis sum prunus quam ad perfectum non sum et in uno statu permanens si septem tempora immutant super me. Verumptamen melius fit cum tibi placuerit et manum porrexeris adiutricem quia tu solus sine humano suffragio poteris auxiliari et intimum confirmare ut vultus meus amplius in anima mea non immutetur si in te uno cor meum conquietatum et requiescat. Nam si bene scirem omnes humanas consolationes abicere sicut per dei omnipotentiam adipiscendam sum propter immitate qua compellor te querere quia non est homo qui me consoletur tunc possem merito de gratia tua gaudere et de dono nove consolationis exultare. Gratias tibi unde totum venit quotiensque mihi hoc succedit. Ego autem vanitas et nihilum sum te incognitus homo et infirmus. Unde non possum gloriari aut cum aspectu reputari. Quanto de nihilo et hoc vanissimum est. Vere nimia gloria mala pestis vanitas maxima quia a vera trahit gloria et celesti spoliat gratia. Dum enim homo complacet sibi displicit tibi. Dum inhiat laudibus hominum priuatur veris virtutibus